



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Funambulus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ab infidelibus captus. additum in Nou. cap. 17. num. 104. §. 3.

Sollicitans seruum vt fugiat, peccat, & à fortiori peccabit ipse seruus fugiens: cum regulariter plus delinquat faciens actum, quam consulens illum. Additum ibidem. de fuga & carcere. vide tit. carcer.

FVNAMBVLVS. Peccat mortal. volitans perfunes in altissimo loco, nisi sit velocissimus. cap. 15. num. 8.

FVNVS, ET FVNERALE. Laici possunt statuere, ac ponere modum funeralibus: scilicet, ne fiant immoderati sumptus caræ, ac reliquæ pompæ: neque hoc est contra libertatem Ecclesiasticam. cap. 27. num. 102. Vide etiam tit. excommunicatio. V. §. 4. in fin. vbi explicatur. cap. vlt. de rebus Ecclesiæ. vbi præcipitur ne laici statuunt de funeralibus.

Qui iniuste occidit hominem liberum, tenetur soluere impensas moderatas funeris. cap. 15. num. 20.

F V R.

A FVR licite potest aliquando suspendi à potestate publica. cap. 15. num. 2. & aliquando etiam ob furtum veniale ad cõseruandam disciplinam militarem, vel ad aliũ finem